



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 77. Paulus Vergerius Justinopolitanus Antistes ab hæreticis seductus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

tem palam professum fuisse, quod Cæsar cum summo Pontifice colloqui summo-  
 pere desideret, interea vero Protestan-  
 tibus significasset, Synodum Tridenti esse inchoatam, atque ab ipso illius continuationem ardentem exoptari.

Sæc. XVI.  
 A.C. 1546.

§. LXXVII.

*Paulus Vergerius Justinopolitanus  
 Antistes ab hæreticis seductus.*

Sub idem tempus Petrus Paulus Vergerius Justinopolitanus Episcopus Tridentum venit. Hic idem jam a longo tempore hæreticis, eorumque doctrinæ patrocinari credebatur, progressu tamen temporis hanc ipsam suspicionem firmis inniti argumentis fuit deprehensum. Is autem, cum hosce rumores latius divulgari ægre ferret, hancque labem a se amoliri cuperet, e Germania excessit, ubi aliquamdiu moratus adeo firmam de fidei suæ integritate suspicandi ansam præbuit, ut sanam suam tuendi studio incitatus ad Episcopatum suum secederet: Ut vero eo validiori argumento sese purgaret, librum de fidei dogmatibus contra Religionis Catholicæ desertores in Germania grassantes conscribere cœpit. Ast sive ex eo, quod ipse ab eorum hæresi non adeo, ut putari amabat, alienus esset,  
 feu

Pallav. l. 6.  
 c. 13. n. 3.

Sæcul. XVI. seu inde, quod eorum libros confutan-  
 A.C. 1546. di studio incumbens ob ingenii imbecil-  
 litatem seductus fuerit, novæ sectæ no-  
 men dedit, suumque fratrem Joannem  
 Baptistam Vergerium Juliæ-Pietatis E-  
 piscopum eodem veneno infecit: Am-  
 bo itaque suum quisque gregem Luthe-  
 ri erroribus imbuendi consilium inie-  
 runt, atque id etiam impia fidelitate ef-  
 fectui dederunt. Verum Annibal Gri-  
 fonius hæreticæ pravitatis Inquisitor  
 Religionis studio animatus hæreticis  
 progressibus tam in Julianensi, quam Ju-  
 stinopolitana Diœcesi obicem ponere,  
 tanta animi constantia satagit, ut Pau-  
 lus Vergerius in urbe sua haud ultra tu-  
 tum sibi asylum relinqui ratus Mantuam  
 ad Herculem Gonzagam confugeret:  
 nec ibi diu impunem se fore cernebat,  
 eoquod Joannes de Casa Pontificius apud  
 Venetos Legatus Herculem, ut hunc ho-  
 spitem de fide suspectum dimitteret, fer-  
 vidis adeo precibus urgeret, ut Vergerius  
 Mantua excedere, consultissimum fore  
 censeret.

## §. LXXVIII.

*Vergerius Tridentum delatus, & per  
 Legatos a Synodi functionibus  
 exclusus.*

Attamen adeo non calamitatem, quam  
 sibi metipso accersiverat, seria tum  
 men-